volebas a diabolo temptari z ipsum vin
cere propter me: vt mihi frequenter tem
ptato a diabolo vincendi formam ostende
res.

¶ Quomodo fructus penitentie christi de
ber impetrari.

Rogo te domine Jhesu Christe:
per tuam misericordiaz quatenus
mihi vitam penitentialem tribue
re digneris in hoc tempore gratie. In quo
vna dies penitentie plus tibi placet: Et pl⁹
mihi valet q̄ mille dies post hanc vitam:
Quia tot z tanta sunt peccata mea. Et si

differo ad aliam vitam: male habebo: cum anime in alia vita penitentiali semper clament: frequenter orent: ieiunent: vigilent ⁊ modicum releuantur. Sed durissimis penis cruciamur: a quibus me absoluere digneris: Qui viuis ⁊ regnas deus per oia secula seculorum Amen.

¶ Hora septima de cena domini.

O Deus in adiutorium meum intende. Domine ad adiuuandum me festina. Gloria patri ⁊c. Sicut erat in principio ⁊ nunc ⁊ semper ⁊c.

¶ Fundamentum meditationis

A Biuua me domine Jesu christe a deuote meditari cenam quam fecisti cū discipulis tuis ⁊ omnia alia sibi peracta

¶ De gaudio ⁊ fruitione Christi in cena:

Ava domine Ihesu dulcissime deus: quãto desiderio ⁊ quanto amore desiderasti cum tuis discipulis comedere ⁊ cenare. Quã amicabile vale vltimum anteq̃ per mortem tuam de hoc mũdo transires: volebas eis dare. O amãtissime deus q̃ benigne ⁊ amicabiliter discipulis cibum apposuisti: ⁊ potum prebuisti. O quotiens in mensa ipsos tuos dulcissimos amicos tam leto vultu: tam iocũdis oculis inspexisti: ⁊ q̃ dulces collatões ⁊ vtiles cum eis habuisti.

De lotione pedum discipulorum:

Eya nobilissime deus vniuersorum rex et dominator celi et terre et oia que eorum ambitu continent: quam ta humilitate ostendisti: quando flexis genibus ad terram procidisti et pedes discipulorum tuorum pres corpis ignobiliores lauisti. O purissime deus quato zelo puritatem dilexisti: vt in electorum pedibus modicam sedita tem sustinere non potuisti. Nam vt essent speciosi pedes euangelizantium pacem: et ab omi mundane conuersationis et terreno puluere mundi: eorum pedes abluisti: Eya Petre eya omnes alij discipuli quantum vna corda tremuerunt: et obstupuistis. O q̃ inuite lauari pedes vestros a domino creatore vestro admisistis. Et potius vos lauare domini pedes vnanimiter condixistis.

¶ De sacramento.

Eya domine Jesu christe quanto vinculo amoris tuis discipulis alligatus fuisti: quando ipsis in sacramento carnem tuam in cibum et sanguinem tuum in potum dedisti: nec in hoc contentus fuisti q̃ cenam eis cum agno pascali fecisti: sed vltra hoc te eis totum contulisti. Quis audi

uit vnq̃ talia. O quis vidit tanti amoris tã
ta insignia. Quis vnq̃ hominem aliquem
tantum dilexit q̃ seipsum alteri tribueret:
tandez se flagellis: penis z vltimate morti
pro altero se exponeret. Hoc totum te fe-
cisse pro me homine dulcissime domine ie
su scit z legit. quod nusq̃ alter ꝓ altero fe
cisse z facere inuenit. O dulcissimum con
uiuium sacratissime cene: In quo sordes
manuum z pedum corporales z spiritua-
les mundant. O piissimum conuiuium in
quo boni z mali congregant z locantur.
O nobilissimum conuiuium In quo non
solum agnus paschalis ad edendum propo
nit: verũctiam agnus immolandus qui tol
lit peccata mũdi sub specie panis in sacra
mento omne delectamentum saporis ha-
bens in cibum apponit. O fidelis anima:
que ad tale conuiuium inuitet: z de taz no
bili cibo satiatur.

¶ De turbatione christi post cenam

a Eh domine Jesu christe: quanto
dolore cordis tui tuos dilectos di-
scipulos z amicos inspexisti. quib⁹
tanta signa amoris in cena ostendisti. Et

ipsos omnes peccaturos ⁊ contra te facturos cognouisti. Tu enim nouisti. Petrus te negare: Judam te vendere ⁊ tradere: alios quoq; omnes a te fugere: ⁊ te solum in omni tribulatione ⁊ miseria dimittere.

¶ Quare christus talia in cena peregit

O Res mirabilis ⁊ inaudita: creator ante suam creaturam miseram genua flectit: deus homini: dominus seruo pedes lauat: se totum homini in cibū ⁊ potum communicat. Sed quare domine Jesu hec fecisti. Vere domine tu ante trāsitum tuum de hoc mundo volebas cū discipulis cenare. vt signum vere amicitie eis ⁊ omnibus hominibus ostenderes. Item volebas pedes humiliores partes corporis lauare vt exemplū humilitatis mihi ⁊ aliis hominibus preberes: ⁊ alter alteri subsidia humilitatis: ⁊ mutue charitatis facere doceres. Item volebas te totum cū corpore ⁊ anima ⁊ cum deitate in sacramēto homini dare: vt tu totus esses homini vnitus: ⁊ totus homo tibi incorporatus. Item volebas seruire homini: ⁊ seruus esse hois. vt hominem tibi seruientem dominum faceres: ⁊ ipsum potentem in celesti curia fo

deres. Ue mihi misero q̃ tãta signa ad
cicie dei mei nõ aduerto: nec attendo q̃ de
us meus mihi quotidie in cibo ⁊ potu: cuj
vestitu ⁊ multis alijs necessarijs seruit: Et
ita me ingratum inuenit:

Qualiter fructus cene debeat ipetrari.

Rogo te domine Jesu christe Ut
omni die me ad tuam cenam vo
care digneris. Omia beneficia mi
hi a te impensa in corde meo masticando
ruminante: te super omnia diligendo sicut
tu me: ⁊ hominem super omnia dilexisti: ⁊
mihi maxima signa caritatis ostendisti
Precor te domine etiam vt meos pedes
interiores anime scilicet affectum ⁊ volun
tatem: a puluere mundane concupiscentie
laues. vt solum tibi appropinquent: Et ter
renis maculis se excutiant. Supplico etiam
tibi dulcissime domine Jesu q̃ me mise
rum peccatorem ad vesperam mortis incli
nantem attendas. Quia de longinquo sci
licet via peccatorum veni a quibus longe
est salus. Et si me absq̃ tuo pane sacramẽ
tali dimiseris: deficiam in via: nec ad conui
uiũ celestiũ nuptiarũ venire possum ⁊ si nõ
sum dignus sedere ad mensam

cene: ⁊ comedere cum seruis tuis panem filiorum. Da mihi sub mensa cadetes micas colligere: vt spiritus meus in presenti vita recreetur. Et per illud sacramentale viaticum ad celeste conuiuium deducatur Hoc nobis domine concedas qui sine fine viuis ⁊ regnas. Amen.

¶ Hora octaua de venditione ⁊ traditiõe Jude.

O Deus in adiutorium meum intẽde: Domine ad adiuuandum me festina. Gloria patri ⁊c. Sicut erat in principio ⁊c.

¶ Fundamentum meditationis

a Diuua me domine Jhesu Christe deuoto corde meditari q̃ a Juda discipulo tuo venditus ⁊ traditus ad mortem fuisti.

¶ De miserabili facto venditionis.

Ach Judas quanto veneno mali-
tie fuisti repleꝰ. Ach quãta cupidi-
tatis flãma fuisti succensus: vt do-
minũ deũ tuũ optimũ ⁊ nobilissimũ ꝑ vili
argento venderes: ⁊ preciosum eius sang
uinez vilissimo mercedis precio compensa
res. Ach Judas quante fuisti ingratitudi-
nis ⁊ nequicie: vt qui te ad culmen hono-
ris aplici ꝓmouerat: tibi oia pre alijs com
miserat: te ad cenã vocauit: pedes tuos la
uit: carnẽ suã in cibũ ⁊ sanguiez suũ in po
tũ cõmunicauit: ad mortẽ venderes inimi-
cis ⁊ latronibus traderes. Ach Judas q̃n
ta duritia fuit in te: ꝙ nec cene nec conui
uij familiaritas: nec obsequij hũilitas: nec
colloquij suauitas: nec amicabilis osculi
mulcedinis ꝓcepta malitia potuit te reuo
care. ¶ Ve mihi misero pẽtori: ve mihi so
cio Jude: qui toties in pẽto mortali ⁊ cũ
ꝓposito plus peccãdi accedo: ⁊ accessi cuz
Juda ad mensam domini: ad cenam agni
pascalis sacratissimi sacramenti. Ve mihi
miserrimo hõrimo peiori Juda vẽditore:
qui toties iniuste faciendo primũ in bo-
nis suis decipiendo: precepta dei mei cõtẽ

nendo: deũ meũ spnoipsum p trenis ven
do: ꝛ aliquando non p xxx: argenteis sed
vix p x. venale expono. Imo aliqñ p va-
lore vix vnius argentei: Et q multomin⁹
ē p vna vilissima delectatōe carnis vendo
dm̄ vum p q̄ non dare antiquũ calceũ me
um. Ve itum mihi turpissimo traditori q̄
totiēs osculādo dm̄ meũ in sacramēti rece
ptōe: fungo me ec aicũ ꝛ mũdũ a pēcis ab
inimicis dei: ꝛ duco deũ meũ ad latrones.
Et si aliqñ sum absolut⁹ a pēcis ꝛ mund⁹:
hostes ꝛ latrones scz tēptatōes carnis mũ
di ꝛ diaboli admitto: ianuas quinqz sensu
um p ꝯsensum ipsis apio ꝛ itromitto. Su
per deũ meũ nobilissimũ hospitē in sacro ī
uitatũ currere pmitto. Ipsum in man⁹ ini
micoꝝ suoꝝ vl' als ipsuz ꝯfusibilit a me ta
lit deijcio ꝛ expello. vc etiā mihi iniquo ꝛ
pessimo q ita ingrat⁹ sum deo meo q toti
ens nō solũ pedes: sz ꝛ manus ꝛ caput ac
me totũ lauit a pēcis meis mlt s: Absoluit
ꝛ mũdauit: ꝛ a pena ēna quã p pēcis me
rui liberauit: ꝛ talium magnoꝝ beneficioꝝ
oblitus: ad peccata que contra eũ sunt re-
uersus: ꝛ sue magne misericordie suz illus⁹

vendale
Aporetus ex
pauis ffto.

Nec etiam domine iesu mihi qui sanita-
tem corpis pre multis infirmis mihi presti-
tisti. Necessitate in victu et vestitu pre mul
tis paupibus et egenis detulisti Honores et
dignitates pre alijs magis dignis tribuisti
Famam meam et personam meam a multis peri-
culosis custodisti. Pro his et multis alijs
beneficijs me cum Juda ingratum inuenio.
Nec tibi domine iesu Fuio sed preceptis tuis
me sp oppono: et tuam volutate sp impugno
Quare et propter quam vtilitatem
christus volebat vendi.

Mirum negocium: Ach miserabile
commercium ho vendidit suum deum
creatura creatorem: Fuus domim. Fili
us suum prez: discipulus mgrm: ouis pasto-
rem: famelicus cibum: sitiens potum: nudus ve
stitum: paup et egenus liberatorem et auxiliuz:
frigidus calorem: cecus ductorem: pctor veniam
et gratiam: mortuus vitam. Sed qre domine iesu
ppt me tradi et vendi voluisti. Aere domie:
tu vendi ppt me volebas: vt me vendituz
diabolo a primis pntibus p pomo vetito fu
di meres. O domine iesu quanto precioso
thesauro sed sanguine tuo emisti me: vt tu

solus ius in me haberes: & vt ego tuus p-
prius suus & tu meus pprius domin⁹ ees
Ve aut mihi q̃ totiens de tuo suicio rece
do & ius pprietatis quod in me habes dis
soluo: & me suito diaboli inimici tui & mei
me inuoluo. Ité volebas dñe iesu tradi in
mortem ppt̃ me: vt p tuã morte me ccon-
uerso d̃ morte ad vitã celestis glie traderes
& presentares. ¶ Ve mihi q̃ totiens dimit
to vitã gre que ducit ad vitam eternam. &
vitã culpe diligo que ducit ad gehennam.
& aiaz meam per mortem christi ad vitaz
redẽptaz iterato ad morte transmitto.

¶ Quomodo fructus debeat impetrari.

Rogo te domine Iesu pissime de⁹
ex quo tuo precioso sanguine me
emisti in proprium seruum: vt per
quotidianum seruitium te cognoscam esse
meum verum dominum. Et seruitio meo
mereri premium eternum valeaz: vbi te et
naliter videam cum patre & spiritusancto
per infinita secula seculorum Amen.

¶ Hora nona de agonia &
sudore & oratione.

Deus in adiutorium meum intende. Domine ad adiuuandum me festina. Gloria patri ꝛc. Sicut erat in principio ꝛc.

¶ Fundamentum meditationis

Diuua me domine Jhesu Christe deuoto ꝛ dolenti corde meditari tuam agoniam ꝛ orationem animam quam pro morte tua ad patrem fecisti.

¶ De miserabili afflictione Christi in oratione eius:

Eh domine Jhesu Christe: quanto pauore te totum percussum sensisti: quando appropinquante morte tua horrum ille Gethsemani introisti: Ad terram super faciem tuam totus prostratus cecidisti: ꝛ ex prescientia tua diuina mortem tuam amarissimam: ꝛ passiones omnium membrorum superucturas acerbissimas preuidisti: ita q̃ tantus horror et pauor future passiõis omnia tua membra attingebat: q̃ sudor sanguineus vltra natu

sudor de oēs mēbris fluxit

ram humanam de omnibus membris ef-
fluebat. Ach domine Jhesu ⊘ q̃ profus
lachrimis. ⊘ q̃ altis suspiriis. ⊘ q̃ proli
xis gemitibus. ⊘ q̃ duotis ⁊ attentis pre
cibus tua humanitas anxiata infirma pa
tri celesti supplicauit: ⁊ passionem futuraꝫ
horribilem transire exorauit. ⊘ domine ie
su q̃ fortem ⊘ q̃ promptum spiritus tu
ad passionem se presentauit. ⊘ pater san
ctissime q̃ grauia fuerunt crimina pro qui
bus oportuit vnigenitum filium tuum mo
ri: ⁊ tã magna pati q̃ horror future passio
nis sudorem sanguineum in eo causabat.
Et si peccatum ad mortem sempiternã nõ
fuisset tuus filius verus deus: taꝫ graues
penas: tam amaram mortem non sustinu
isset.

q̃ morte
eterna.

¶ De fructu orationis ⁊ sudoris christi.

O Res stupenda ⁊ miserabilis O pa
uor ineffabilis: o angustia mirabil
quis vnq audiuit talia: quis vnq
vidit ꝓ similia. Gaudiũ ãgelor tristat. So
latiuz oim sanctor turbat: Fortitudo oim
creaturarũ pauore ꝓcutit: largitor oim bo
nor necessitat petere ⁊ supplicare compel
lit. ¶ Sz quare domine iesu hec ⁊ talia ꝓ
pter me pati voluisti. Certe domine Jesu
tu volebas esse tristis ⁊ tristari propt me:
vt me tristem ⁊ tribulatũ iocundũ faceres
Jtem volebas sup faciem cadere ⁊ orare:
vt oronces meas attentas fieri ⁊ ante faciẽ
cordis mei habere ostẽderes. Jtẽ volebas
in tribulatiõe ⁊ angustijs orare prez ⁊ plu
ries ad orandum accedere: vt mihi angu=
stiato exemplũ petendi adiutoriũ a pre pre
beres: ⁊ ꝓtinue esse orandũ doceres. O q̃
necessarium esset mihi orare ⁊ auxiliũ pe=
tere: qr temptatões diaboli carnis ⁊ mũdi
sp me angariant ⁊ tribulant. Et heu sentõ
me esse ita infirmũ ad resistendũ q̃ oĩ tpe
bene indigerẽ petere deum me iuuandum:
¶ Ve mihi misero pigro ⁊ accidioso ad
vigilandum: orandum cum deo meo. Qui

propter me tota nocte vigilauit ⁊ orauit. ⁊
ego vix vnam horam ⁊ forte nullam ora-
re vigilare volo: Nec possum pre torpore
magno: Et ioco non immerito temptatiõ
busfrequenter succũbo. Ité volebas dõic
iclu q̃ hũanitas ⁊ caro passione horrcret.
⁊ ab illa absolui a pre peteret. p hoc nobis
volens ostendere q̃ cõtraria nature licite
possumus fugere. ¶ Item volebas sang-
uineum sudorem emittere p̃ me vt me ho-
minem plenum humore ⁊ sanguine pecca-
tor grauatũ p̃ sudorẽ tuum alleuiares.
¶ Item volebas in angustijs tuis effectu
aliter petere voluntatem patris fieri: vt mi
bi ostederes q̃ etsi aliquando tribulatões
sunt nature nre ꝓtrarie. tamẽ p̃m dictamẽ
recte rõis: vltimate debeo me dei volũtati
ꝓformare. ¶ Ue mihi tardo ⁊ negligenti
Ue mihi rebelli ⁊ inobedienti qui totiens
a deo meo per occultaz inspiratõez ero vo
catus: ⁊ ad bona facienda: malaqz vitanda
admonit⁹ ⁊ hortatus: nec volũtati dei mei
ꝓsentio: nec ꝓsilijs suis acquiesco: sed sur-
da aure tanq̃ animal irrationale pertãseo:
Si deus meus vult me subesse: tunc volo

preesse. Et vere meipsum sentio negligere
& vellem alios in prelatura dirigere. Et si
deus meus vult me alijs preesse: tunc ego
volo subesse & animabus proximorum me
orum nolo sic caritatem impartiri & inue-
nio me caritatem dei & proximi per inobe
dientiam odire. Etiam ad quem statum &
vitam deus me vocauit: nolo contentari: sz
vellez aliter mutari: nec volo in aliquo vo
luntatem diuinam mutari. Et heu nolo a
deo meo regi nec diuine prouidentie obe-
dire. Et sic nolo permittere deum esse de-
um: a quo tamen dependet totum esse me
um.

¶ Quomodo fructus rei geste
debeat impetrari.

Rogo te dñe iesu xpe vt initiū pas
sionis tue in me fructificet: tu? pa-
uor fute mortis me ꝓforet: tristicia
tua & angustia tua me letificet. Oro tua d̄
uota & anxia me patri tuo recommendet.
Sudor tuus sanguineus ab infirmitatib?
spūalibus me sanet & alleuiet. Concordia
tue voluntatis cum voluntate patris me
patri tuo ꝓconciliet & ꝓformet. Hoc nobis

domine Jesu concedas qui sine fine viuis
& regnas Amen.

¶ Hora decima quomodo Christus fuit
captus.

Deus in adiutorium meum intende. Domine ad adiuuandum me festina. Gloria patri & filio &c. Sicut erat in principio & nunc & semper &c.

¶ Fundamentum meditationis

Diuua me domine Jesu doloroso corde meditari q̃ a iudeis captus fuisti.

¶ De miseria & miserabili afflictione in captiuitate.

Ah domine ihesu rex meus & deus meus. cum quanta gloria & laude in die palmarum iudei cum ymnis & canticis. tibi ita reuerenter occurrebant. & te tanq̃ regem benedictum recipiebant. & modo cum magna ingloria & furia cum insultis clamoribus armati cum gladijs & fustibus tanq̃ ad latronem maledictum ita violenter super te irruebāt. Et ad signum iude per osculum manus violentas statim in te eiecerūt & te ceperunt. Ach domine ihesu q̃ multos & fortes ictus capiti tuo glorioso dederunt. Ach q̃ multiplicatas impulsiones & torsiones cum baculis & pugnis dorso & lateribus tuis fecerūt Ach quot & quanta turpia conuiciosa verba contra personam tuam sanctissime domine protulerunt

¶ De prostratione & cōculcatione cristi.

Ole ve dulcissime domine q̃ crudeliter te ad terram prosternebant q̃ omnia membra corporis sonitū fragoris plangebant & dabant: Judei im-

prissimi pedibus suis ita contemptibiliter te conculcabant. Super ventrem tuum genibus suis se tam atrociter incuruabant. et funibus magnis duris ⁊ fortibus manus tuas tam horribiliter ligabant. q̃ sanguis ex nimia tortura ⁊ ligatura de omnibus digitis erumpebant. Ach domine ihesu q̃ lacrimabiles voces dabas. Ach q̃ miserabiliter clamabas. quando inimici tui te tam male tractabant. ⁊ tibi tot dolorosas penas infligebant:

¶ De violento ⁊ confusibili ductu Cristi

Ach vnd ach dulcissime domie ꝓ ꝯ
fusibiliter ad ciuitatē iherusalē te du
xerunt. catenam ferream collo tuo appo
suerunt. funes plures corpori tuo circum
posuerunt. ⁊ per colles ⁊ rupes ac p mul
ta deuia te ita inhumanitate pduxerūt: Et
te funibus ⁊ catenis circumplexis traxe
runt. alij huc. alij illuc. alij sursum. alij de
orsum. alij antrorsum. alij retrorsum. ⁊ tan
tam violentiam trahendo ⁊ currendo tibi
domine ihesu fecerunt: ꝓ pluries antequā
ad ciuitatē venires ad terram aliquādo su
per tuam faciē benedictā. aliquando super
dorsum. aliquādo sup latera tua benedicta
cecidisti. ⁊ sup terram tam miserabiliter ia
cuisti. nec te iuuare ⁊ sustentare cum mani
bus ligatis potuisti. Ach domie quotiēs te
iacentē sup terram inimici tui aliquādo te
catenis ⁊ funibus. aliquādo cū capillis bar
ba ⁊ crinibus per montes ⁊ colles duxerūt
⁊ traxerunt: Ach domie ⁊ magister bone
quotiens oculis tuis tam miserabiliter do
lenti corde retrospiciebas ⁊ tuos dilectos
discipulos ⁊ amicos aduertebas. ⁊ nullu
illorꝝ videbas qui pridie in cena in cōtuio

existentes tecũ velle mori omẽs iurauerũt
sed in tribulacõibus tuis te relicto omẽs fu
gam pre timore mortis deverunt

¶ De fuga discipulorũ ⁊ planctu eorum:

O omẽs discipuli quãtus dolor cor
da vestra penetrabat. quãdo domi
nũ vestrũ dilectissimũ vidistis: ita
violenter capi. ligari ⁊ ligatis manibus si
cut agnũ innocentẽ per truculẽtos lictores
ad victimã duci: ⁊ funibus quasi latronem
⁊ malefactorẽ trahi: Cũ ⁊ ille impijssimꝰ
iudas traditor dñi tanto dolore afflictus et
tanta penitẽcia postea de tradicõe ductus
q̃ pocius volebat mori q̃ viuere. ⁊ ꝓpter
peccati sui immanitatẽ desperauit. ⁊ laqueo
se suspendit. Ach domie ihesu pater ⁊ ma
gister dilecte quõ a te fugiũt tui filij ⁊ disci
puli dilecti. O domie ihesu quanto dolore
tui amãtissimi amici abierũt. O q̃ desola
ti recesserũt. o q̃ plorabant: Ach q̃ lamen
tabiles voces dabant. ⁊ sicut orphani ⁊ or
bati patre clarissimo recedebãt. O quoti
ens retrospiciebãt ⁊ gemebũdo corde ad
uertebant qualiter dominus eorꝫ ligabatur
⁊ confusibiliter magnis insultibus ⁊ cla

moribus importunis sunib⁹ trahebat ach
domie ihesu quotiens discipuli tui pre do-
lore in terram pijciebāt ⁊ miserabiliter cla-
mabant: O dulcis pater. o magister bone
O benigne domie quō ita seperamur a te
Heu heu quō ibimus errantes sine pasto
re oues. Cur nos pater deseris aut cui nos
desolatos relinquis. Inuadēt enī nos lupi
ferocissimi qui nos lacerare festinant. O
domie o agnus innocens quo ibis tu va-
dis inter lupos rapaces: qui te volūt deuo
rare ⁊ vt pessimi canes dilaniare. ach quā
tus luctus omniū discipulo⁹ de magistro.
Ach quantus dolor magistri de discipulis
desolatis ⁊ turbatis. Heu domie ihesu q̄
detestabile quid est hoc in me. q̄ audio le-
go scio te deū meū creatorē meū tantū hu
miliatum ⁊ deiectū. ⁊ ego exalto cor meū
⁊ ambolo in magnis mirabilibus sup me.
Ecce te video domine mi rex innocēter p
me capi: ligari. cōculcari. ⁊ multis subiace
re tribulacōnibus ⁊ ego nocens ⁊ reus ita
impaciens sum in passionibus
Quare ⁊ propter quem hucum cristus
volebat capi ⁊ ligari.

O Quam mirabile factū: o ꝗ negoci
um inauditū: libertas captiuorum
capit: qui soluit cōpeditos ligatur:
Qui erigit elisos ad terram ꝓsternitur qui
regit ⁊ ducit totū mundū violenter ducitur
Sed quare domīe ihesu ꝓpter me hec vo
lebas pati. Certe domīe ihesu tu volebas
ꝓpter me captiuari: vt me hoīem captiua
tum in carcere dyaboli redimeres: ⁊ libera
res. Item volebas pro me ligari vt me ho
minē ligatū vinculis ⁊ penis peccatoꝝ ab
solueres: Itē volebas ad terrā ꝓsterni ꝓ
pter me: vt me a terrenis eleuares: ad cele
stia ⁊ erigeres: Itē volebas confusibiliter
⁊ penose ꝓpter me ad ciuitatē iherusalem
duci. vt me honorifice ad supernā ciuitatē
ciuiū supernoꝝ perduceres. Itē volebas
permittere vt discipuli ꝓpter timorem mor
tis fugerent a te. vt mors tua mihi refugiū
faceret ad te. Ve mihi domīe ihesu ꝗ oia
que ꝓpter meam salutem per gravissimas
passiones ⁊ confusiones sustinuisti non at
tendo: nec tibi pro his gratiarumactiones
refero pro quo merito reprehendi debeo.
¶ Quō fructus rei geste dēat impetrari.

Rogo te domine ihesu vt captio tua ab inimicis ab oibus inimicis me verbo vel facto in corpe z ania capere malicioſe volentibus liberet: Ité tua ligatio me ab omibus pcrōr nexibus abſoluat. Tua ad terrā proſtracio ad celeſtia meditanda ſemper me erigat. Tua cōfuſibilis ad ciuitatē ductio me cū honore ad tuam ſupnam ciuitatē pducat. Fuga diſcipulorū tuor mihi in omibus neceſſitatibus meis ad te refugiū faciat: Hoc nobis preſtare digneris qui cū patre z ſpirituſancto viuis z regnas Amen

¶ Hora vndecima quando criſtus fuit ductus ad epiſcopos

Deus in adiutoriū meum intende: domine ad adiuuandū me feſtina Glia

¶ Fundamentum meditationis

Diuua me domine ihesu meſto z a triſti corde meditari q̄ tu captus: z ligatus confuſibiliter a furioſo populo ad domus pontificū nocturno tempore ductus fuiſti.

¶ De miſerabili afflictione Criſti.

a Eh domie ihesu criste q̃ male pō
tifices: z alij te receperūt. o q̃ gaui
si de tua captiuitate fuerūt. o q̃ de
risorie an filius dei esses questerūt. Et cū
respondēdo te filiū dei esse noiasti: princeps
sacerdotū quasi tu peccasses cōtra deū di
xit z clamauit: heu heu ille blasphemauit.
Audite omes. ille vilis hō honorez dei sibi
vsurpauit: Et princeps quasi dolorem fin
gens vestimēta sua lacerauit. Et tunc oēs
alij q̃ astabāt vt cōplacerēt principibus of
fensis te domie ita viliter tractauerūt. Qui
dam sup te irruerunt: z in facie tuā serenis
mam magnam alapam cum pugnis z ma
nibus dedcrunt. Alij in os tuum mellifluū
vsqz adeffusione sanguis oris z nariū pcu
ciebāt. Alij multū despectiue dicētes. pfyc
dich es tu deus. z in vultū tuū benigniss
mū cōspuebant. Alij in collū tuū sanctiss
mū verberabāt: alij te p capillos traxerunt
z in crines tuos irruerūt: ad terrā te iacta
uerūt: pedibus suis te cōculcauerūt dicen
tes. Ve tibi ribaldo. pctis accusato quō tu
respondes ita proterue pontifici z prelato.

¶ De euulsione barbe Cristi

Alij barbam tuam sanctissimā tra
bebant sursum. Alij capillos capi-
tis post tergum deorsum sic te ma
nibus tenebant. Et alij accedebāt subulis
z acubus barbam tuā euellebant genas tu
as z maxillas tuas pulcherrimas vndiq;
vulnerabant. Te regē angelorꝝ sine omni
pietate z misericordia tā viliter verbis tur-
pibus. z vituperijs factis z penis durissi-
mis ptractabant. O domine ihesu rex om
nipotens quid est hoc q̄ tam pacienter tan-
tam despectionē z afflictionem sustinuisti
Nunquid nō dei filius fuisti: Quare illos
filios dyaboli torторes tuos non destruxisti

¶ De negatione petri

Ah petre petre tu cum fuisti socius
magistri tui in cōsolatione in cena
sed noluisti socius esse tribulacōis:
in pena. Tu cum a longe dominuꝝ se cutus
fuisti z domū pontificū cum iohanne time
de introisti. Et tam mirabiles cōiecturas ti
moris habuisti. mō caput inclinādo: modo
inclinato capite oculos modicum leuando
modo te timoroso vultu circūspiciendo. ita
q̄ mores z gestus tui inordinati te discipu

lum cristi esse prodebāt. ꝓpter quod ancil
la ostiaria ⁊ alij quidā te discipulū xpi esse
dicebāt. qd cōstanter negabas. ⁊ ipm nun
quā nouisse cū magno iuramēto affirma
bas: Heu pere petre alias dixisti ad cristū
Tu es cristus filius dei viui. modo iuras ⁊
dicis: nunq̄ eū noui neq; sciui. Qd mēda
ciū gallus obticere nō potuit: sed cātādo te
mentiri clamauit. ¶ De Johanne.

Ech johānes pre ceteris discipulis
a magistro tuo magis dilectus qui
in cena iacuisti sup eius pectus sed
nulla signa dilectionis tuo mgrō tūc econ
uerso ostēdebas. Tu enī tunc in domo pō
tificis cū petro seorsuz stabas: singula que
fuerūt mgrō tuo inflicta verbis ⁊ factis au
scultabas ⁊ videbas. o johānes si dominū
tuū dilexisses merito accessisses ⁊ sup ipz
te piecisses. ⁊ impijs iudeis merito dixisses
Ach nolite facere tantū malū domio meo
Ecce facite mihi hoc. percucite me. ⁊ do
mino meo tantas iniurias nō irrogetis: et
flexis genib⁹ pcidisses ⁊ eū amplexat⁹ fu
isses ⁊ oēs ictus ⁊ pcussiōes ꝓ eo libenter
suscepisses qd ego nō dimisisse si pns fuisse

¶ De cōsilio seniorum ⁊ principum

Ah domie Jhesu ꝗ subito scribe
a z pharisei z seniores iudei i domo
pontificū se cōgregauerūt: Heu
ꝗ falsa cōsilia habuerūt z multa falsa con
finxerunt: vt te possent accusare z morti cō
demnare: O domie ihesu principibus z se
nioribus iudeoꝝ in consilio existentibus z
ministris fatigatis circa prunas residenti-
bus vel dormiētibus vel quiescētibus inte
rim in vno angulo domus ligatus sup ter
ram solus derelictus sedisti. z amarissime
fleuisti alta suspiria p̄ dolore z passione du
xisti. stridores dentiū. tremorē membroruz
omniū prefigore z algore maximo fecisti.
¶ Quō ihesus ab omibus fuit derelictus.
Ah domie ihesu vbi tunc fuerunt
a omēs discipuli tui quō omēs cog-
nati z amici tui recesserūt a te. z te
solum sedere in tribulationibus fecerunt.
Ach petre z iohannes qui dominū vestrū
solū sedere tā miserabiliter in terra vidistis
quare ei associari nō fuistis. Quare apud
cum in terra non sedistis. cum eo miseriaz
z dolorem z exilium lugentes ipsum dul-
citer amplexantes. manus pedes z cetera

membra afflicta osculantes. Caput suum
fatigatum in sinū vestrū ad requiescendū
inclinantes. Heu nulli fuerūt qui te domi
ihesu dilexerūt. sed omēs te odio habuerūt
Nec ⁊ ego miser comparior tibi domine in
omibus malis que sustinuisti ꝑ me hoie.

¶ De tribulatione virginis gloriose

O Eh Jacobe qui in monte oliueti.
cū petro ⁊ iohāne fuisti. dominū tu
um orare capi. vinculari ad ciuita-
tem duci presentialiter vidisti. ⁊ omibus di
scipulis dispersis ⁊ fugicutibus tu ad do-
mū matris magistri tui dilectissimi cogna
te tue oculte venisti. lacrimis incessanter fu
sis aperiri petiuisti. ⁊ dixisti: O femine est
ne mater domi mei ihesu hic. O domina
mea dilecta cognata. nūquid estis hic. Et
cū illam vidisti ad pedes eius cecidisti cla-
mans cū lacrimis ⁊ flens dixisti: Heu do-
mia mea ꝗ duros vobis nuncio rumores
nec vellem tales renunciare, si pre amore fi
li vestri domi mei possem hoc vitare O tu
domia ꝗ stupefacta dixisti. Quid est quid
ploras. dic mihi cito carissime cognate. nō
diu me teneas. O domia filius vester ⁊ do

minus meus captus est a iudeis ⁊ ligatus
ductus ad domū pōtificis: Ach maria quā
do hoc audiuisti exanimis in terram ceci
disti nec loqui poteras pre terrore nec ocu
los aperire cordis prevolore. Ach maria
quāto merore noctē expendisti: quot ⁊ quā
tas lacrimas tu fudisti. Quantū vlulatuz ⁊
planctum alie mulieres ⁊ sorores tue tecū
fecerunt nec te consolare potuer unt.

¶ Quare ⁊ ad quam vtilitatem cristus ta
lia vituperia passus fuerit

O Miranda res facies prefulgida
⁊ speculum angelorū maculatur:
Oculi lucidiore sole caligantur: os
mellifluū quod docet angelos pugnis ob
struitur. Summa veritas a discipulo nega
tur. Sed quare domīe ihesu hec ꝓpter me
pati voluisti. Certe dōmine ihesu tu in fa
cie tua volebas deformari ꝓpter me vt fa
ciem meam formosam tuo sanguine face
res Tu volebas in oculis velari ꝓpter me
vt me ab omni cecitate spūali absolueres.

Tu permisisti petrū cadere in peccatū ⁊ te
negare vt me fragilem nature ostenderes.
Nec aliquē hoīem esse ita sanctū ⁊ gratō
sum quin sibi timere habeat. vt in peccatū
cadat. Heu mihi qui toties in peccatum
cado. Ve mihi qui toties per malam fi-
dē ⁊ iniusta opera te domine esse deū me
um nego: ⁊ cū peccatis meis dyabolo alie
no domino seruio: ⁊ te derelinquo: benefi-
cia tua quotidiana non recognosco: ⁊ te cū
petro nescire. te nō noscere verbis ⁊ factis
ostendo

¶ Qualiter effectus talis passionis im
petrari debeat

Rogo te domine ihesu criste vt ma
cula ⁊ deformacio faciei tue meaz
interiorem faciem decoram faciat.
quatenus in patris tui presentia ⁊ omniuz
angelorum speciosa appareat. Peto etiaz
domine vt velamen oculorum tuoz omnē
cecitatē impedientē me videre beneficia in
carnacōis ⁊ passionis tue a me auferat. et

fragilitas petri in negacōē mihi fortitudi-
nem te semper deum meum verum ⁊ be-
nefactorem esse ⁊ profiteri tribuat. Et hoc
nobis concede ihesu criste sancte sanctor
qui viuis ⁊ regnas in secula seculorum

¶ Hora duodecima quomodo cristus fu-
it ductus ad pylatum iudicem

Deus in adiutorium meum intende: Domine ad adiuuandū me festina. Gloria patri ⁊ filio ⁊ spiritui sancto: Sicut erat in principio ⁊c

¶ Fundamentum meditationis:

Aduua me domine ihesu criste lugubri mente meditari q̄ tu ductus fuisti ad iudicium ⁊ coram pylato iudice tam innocenter de multis malis accusatus

¶ De miserabili pertractatione domī nostri ihesu cristi.

Ach domine ihesu hora prima et summo mane omes seniores in cō sistorio aggregati fuerunt qui tota nocte tractauerūt quō te accusarēt ⁊ occi derent Et cōsilio de accusatoribus ⁊ testi bus habito ⁊ inuento ministros detestabi les in domū pontificū te vocare ⁊ adduce re miserūt. Ach dōie ihesu q̄ horribili cla more sup̄ te solum in angulo domus sedē tem irruerunt ⁊ dixerūt. Surge surge ihe su quid facis: dormis an nō. Veni ad prin cipes sacerdotum qui te vocauerūt. O q̄ violenter te eleuauerūt: o q̄ immisericordi ter te duxerūt. O q̄ irreuerenter seniores: ⁊ principes te receperūt ⁊ dixerunt: Da ie sus es tu hic: Es tu ꝓpheta ⁊ filius dei si cut tu dixisti. quare tu hoc nō ꝓuidisti. ach domine ihesu agnus innocens ⁊ immacu latus tu nunq̄ peccatū cōmisisti ⁊ tamē de multis malis accusatus fuisti: Ach domie ihesu iudex omniū: tu alios debes iudica re cōdemnare ⁊ saluare. ⁊ ad iudiciū pec catorum tractus tanq̄ vilis latro fuisti. nec hoc impedire voluisti

¶ De Petro ⁊ Johanne

a Ach Petre ⁊ iohānes qui in domo pontificis fuistis ⁊ audiuistis. ꝙ ministri dominū vocantes dixerunt. Surge ihesu veni ad seniores populi qui te pylato volunt tradere vt moriaris Quid ergo tu filius dei eterni esse gloriaris: Heu ꝙ crudeles ⁊ dolorosos rumores pcepistis. Heu quanta lugubri visione dominū vestrū ad pdendum deduci vidistis. nec secuti ipsum fuistis. Ach petre quantū dolorem in corde tuo cōcepisti quādo magistrū tuum de domo pontificis ad iudiciū duci vidisti. qui te oculis suis ita miserabiliter inspexit: De cuius cōspectu lumē cognitiōis peccatorū tuoꝝ ⁊ negationis in te surrexit: ⁊ ad tantam penitentiam ⁊ contritionem ductus fuisti ꝙ amarissime flere cepisti. ⁊ ciuitatem exiuisti ⁊ ad montes solitudinis te pro penitentia recepisti nec a fletu ⁊ penitentia decetero omnibus diebus vite tue te continuisti. Ach iohannes quid enim tu fecisti. tu magistrum dilectum pdidisti. Quid autem aliud faceres nisi ꝙ matrem suam ⁊ tuam dilectissimā doiam

cognatam visitares. ⁊ ei angustiam ⁊ mise
riam filij sui nunciares. O iohannes cum
quāto cordis dolore iter ad domū domine
tue arripuisti. nec a magno vlulatu ⁊ fletu
cōtinere te potuisti. Ach iohānes quot do
mines ⁊ amici dilecti magistri tui in via ti
bi occurrerūt ⁊ diligēter a te quō se habe
ret magister ⁊ domius quesierūt nec ipsis
pre fletu respondere potuisti. sed vlterius
processisti ⁊ ad domū domīe tue cū ingen
ti planctu venisti. Ach iohānes ꝗ turbatā
tuā dominā inuenisti. nec eam spiritū habe
re pre doloris magnitudine sensisti. Ach ꝗ
subito ad pedes eius cecidisti: nec ei loqui
pre lacrimis ⁊ suspirijs potuisti. Tandē tu
dolorosa domīa resumpto spū cognatū tu
um iohannē oculis plenis lacrimis inspexi
sti. Ach ꝗ cū flebili voce dilectissima doīa
ipsum recepisti ⁊ dixisti. Viuit ne adhuc
filius meus Cui tu iohānes respōdisti. do
mina dilectissima adhuc est in vita sed ma
le habet. Tota die est tribulatus ⁊ flagella
tus in domo pontificū. ⁊ iam iudei tractāt
quomodo ipsum occidant. Venite statim
vt saltez ipsum viuum inueniatis: Ach dul

cissima domia hoc tu audiens ad terram
tanq̃ mortua cecidisti nec vitam in sensisti
Ach quantũ magno planctu z luctu soro-
res tue z alie mulieres amici tui z cogna-
ti te dolorosam dominã leuauerũt: z cum
lamentacõe inestimabili z fletu quasi mor
tuam te ad videndũ filium tuũ sic afflictũ
sic derelictũ duxerunt. plorans incessanter
per ciuitatẽ iherusalẽ dicens. Heu me vbi
ẽ dilectus filius meus: vbi te dilecte fili mi
inueniã: quare te ceperũt z ligauerũt: qua
re te mihi abstulerũt. Ach domia quanto
dolore te repletam sensisti quãdo ad domũ
illam venisti in qua princeps sacerdotum
filium tuũ afflixerũt: tam horribiles voces
cõtra eũ dederũt. Furiose clamauerũt sibi
alapas plures in collũ. in faciem: in corpus
dederunt: Ach maria q̃ male ictus z pcus
siones in corde tuo sustinuisti: Ach quotiẽs
ad domũ illam accessisti. p rimas z fene-
stras pspexisti. Filiũ tuũ libẽter cõsolatus.
fuisses z vidisses: Sed ianuis clausis fo-
ris stetisti z amare fleuisti. O gloriosa do
mia quãta fuerũt tua cruciamia quãdo iu
dcos z alios iniquos cõcurrere z cõgrega

ri ante domũ pontificũ vidisti. ⁊ multa ma
lefica falsa ⁊ mẽdosa de tuo filio loqui au
diuisti. de quibus omibus ipsum innocen
tem sciuisti. ¶ Ach mestissima maria quãto
cruciatu gladi⁹ doloris te pforauit de quo
tibi Symeon ꝓphetauit. quãdo ſtliũ tuum
vnicũ ⁊ dilectissimũ de domo pontificũ. et
cõsistorio senior ad pretoriũ pylati iudicis
duci vidisti. ⁊ ipsum nõ pre filijs hominũ
speciosum. sed in facie vt leprosum macu
latũ cõsputum vulneratũ. cruentatũ cõspe
xisti ¶ quantus dolor te dulcissima maria
⁊ sorores tuas ⁊ alios amicos tuos inua
sit. quãdo vidistis ipsum deformatum ⁊ ita
viliter tractatũ. ¶ Et vere tu pia virgo omẽs
dolores ⁊ afflictiones quas tuus filius su
stinuit in facie sui corpis tu dulcissima ma
ter sustinuisti in facie tui cordis. ¶ domĩe
ihesu quantũ augmentabat dolor tuus. et
suspirabas quãdo audiuisti ⁊ vidisti matrẽ
tuã dilectissimã cuius dolorẽ esse tuũ repu
tabas. ¶ Ach maria quid ad filiũ tuũ dixisti
quãdo ipsum taliter tractatũ vidisti cogita
re tecum non valeo nec meditari sufficio.
¶ Quare ⁊ ad quem fructum Cristus ad

ſudicium duci voluit

O Quã mirabile negociuꝫ ſummus iudex iudicat̃ iuſticia damnat̃: im munis ab omibus peccatis accuſatur. Innocẽs infamat̃: Deus blaſphematur: Sed quare domie ihesu ꝓpter me hec pati voluiſti. Vere doie ihesu tu volebas ꝓpter me ad iudiciũ mortis duci: vt me cũ tua morte de iudicio fmali ꝓpetue mortis deduceres: Tu volebas accuſari ꝓpter me tanq̃ iniuſtus ⁊ malus vt me homine malum iniuſtũ iuſtificares ⁊ apud patre excuſares: Tu domie ihesu de peccato petri. et eius cecitate doluiſti ⁊ ideo oculo tue miſericordie reſpexiſti. ⁊ ipſum ad penitenciam ⁊ cognitõne ſuoꝝ peccatoꝝ duxiſti. vt oſtederes q̃ ſp. de pctis hoim doleres ⁊ cõuerſione ad penitenciã ab hoibus deſideras.

¶ Quomodo fructus illius paſſionis debet impetrari

Rogo te piiſſime domine vt me in piiſſimum malefactorem ad quotidianum capitulum ⁊ iudiciũ rõis me ꝓducere digneris vbi iudicare ⁊ emendare poſſeꝫ hoẽs defect̃ meos Sit acuſator

meus mea cōscientia. testis mea memoria
ratio iudex: volūtas carcer: timor tortor ob
lectamentū tormentū. Peto etiam domi-
ne ego infelix homo qui toties cum pec-
catis meis me a te auerti. te negaui. vt te
ad me conuertas. facie tua me illumines.
oculo tue misericordie me respicias. vt cū
petro defectus meos cognoscam. penitere
incipiam & ad graciam tuam cum petro
perueniam. Hoc nobis concede criste rex
angelorum qui regnas in secula seculorū
. Hora decimatercia quomodo cristus
fuit ab herode illusus:

Deus in adiutorium meum inten-
de. Domine ad adiuuandum me
festina. Gloria patri & filio & spiri
tui sancto: Sicut erat in principio &c

Fundamentum meditationis.

Diuus me domine ihesu Criste
corde doloroso meditari. q̄ missus
a pylato ad regem herodem fuisti
qui ibi illusit tanquam fatuo. & veste alba
te vestiuit & pylato remisit

¶ De miserabili illusione cristi

Eh domie ihesu criste q̃ crudeliter z modo tam in hũano te de domo z pretorio pylati hoĩes iniqui ad herodem duxerũt. curredo saltando detrahendo. clamando viam illã p ciuitatẽ secerunt. O sapientissime deus qui omia sapienter creasti z formasti. Oia prudenter gubernasti z ordinasti. Et tamen herodes cũ pluribus alijs fatuũ esse te reputauit et ad modũ fatui te vestiri mãdauit. Heu mihi misero q̃ tociens te deũ te summã sapiẽtiam stulte z fatue reprehendo. Regimen tuũ in mundo vilipẽdo. prelatos z officiatos tue sancte ecclesie z mundi sinistre iudico. statũ subditorũ puerto. Si aliquibus tribuis in suis factis ꝓsperitatẽ dolco. Si vero aduersitatẽ gaudeo. Tempus regere volo de aura de fructibus. de frugib⁹ quas ꝓuidẽtia tua donat cõtentari nolo. Et oia cõtra diuinã dispositõnẽ vellẽ ordinari pro quo merito debeo stult⁹ z fatuus reputari

¶ De maria

¶ Ach maria quantum lesit cor tuum

tanta filij tui illusio ⁊ confusio. O quanta
amaritudine cordis vidisti filium tuum de
iectum ⁊ despectum. ita irreuerenter duci
⁊ cum tanto tumulto ⁊ insultu. modo ad
herodem. modo ad pylatũ ⁊ omnes in eũ
fremuerunt. ⁊ tanq̃ fatuo sibi illuserũt. ach
Maria cum quanto iubilo ⁊ gaudio fa-
ciem filij prius vidisti. nec aliquod iocundi
us videre potuisti. ⁊ modo faciem suaz nõ
habentem speciem neqz decorem deforma
tam vndiqz conspexisti. Quomodo potui-
sti te continere. non restabat aliud nisi fle-
re. Me mihi misero q̃ tantam abusionem
in me inuenio: Scio ⁊ lego dominum me
um infamari vituperari: Et semper cupio
laude gloriari. video deum meum dehono
nari ⁊ volo semp honorari. Audio deũ me
um sapientissimum infatuari. Et semp de
sidero prudens estimari.

Quare ⁊ ppter quam vilitatem cri
stus volebat illudi

O Mirũ negociũ summa sapientia
infatuat diuie maiestati illudit glo
ria sanctoz deridet. seo quare hec

enormia ꝓpter me domine ihesu voluisti:
Certe domine ihesu tu volebas infatuari
ꝓpter me ⁊ ꝓ stulto reputari vt me hoiez
fatuū ⁊ stultū in factis meis prudentē face
res. Ac mihi sapientissime domie qui tot
⁊ tantas fatuitates magnas me fecisse. et
facere memini. Tempus enī gracie. ⁊ an-
nos meos quos vixi perdidi: ⁊ male expē
di: In quibus multa bona me neglexisse
scio. que bene ⁊ facillter potuissem fecisse:
Insup dormiui ⁊ vigilaui in peccatis ma
gnis: Et si mortuus fuissem eterni damna
tioni deputatus fuissem. Ach domie quot
⁊ tot sunt hoies sub annis meis mortui. et
tu mihi ita misericorditer pepcisti ⁊ parcis
quotidie ꝓpter conuersionem ⁊ emendam
meam quod minime aduerto. nec me ad
te cōuerto. Ve mihi ⁊ iterum ve mihi de
magna mea fatuitate q̃ toties ꝓpter pec
cata mea tuā grām domine amisi ⁊ amit-
to de quo magnum impedimentum ad vi
tam virtuosam ⁊ spiritualem habeo. Nec
vnq̃ cogitaui. nec verbis nec factis me ad
hoc ordinaui vt gratiam tuam haberem.
⁊ reciperem ⁊ in virtutibus proficerem

¶ Heu mihi fatuo qui tas stulte me ī hoc
habeo q̃ de tuis beneficijs domie mi que
multis annis recepi: ⁊ quotidie recipio tã
ingratum me exhibeo: nec tibi p̃ his fuio
sicut debeo: nec cogito q̃ de illa ingratitu
dine oportet me tibi reddere rões: ⁊ singu
la beneficia accepta cõputare: ⁊ cus penis
sub vsura recõpensare. ¶ Ve etiam mihi
de tanta fatuitate q̃ multis annis in mag
nis peccatis ꝗ̃ te domine perpetratis fruo
le vixi: nec vnq̃ de pnia ⁊ reconciliatõe co
gitaui: nec in mente mea põderaui: q̃ vna
dies penitentie plus mihi p̃dest in vita p̃
senti ad vitam ẽtnam: q̃ mille anni p̃ hanc
vitam si introibo ad purgatorium vel ge
hennã: ¶ Heu domine Jesu etiam mihi mi
sero de tanta stultitia q̃ tantũ presentẽ vitã
transitoriam diligo: ⁊ eternã negligo ⁊ diu
in presenti viuere desidero. Nec attendo q̃
quanto plus viuo. tanto plus pecco. Et qn̄
to est vita presens longior tãto culpa ⁊ of
fensa mea est numerosior. Quotidie cre
scunt mala ⁊ subtrahũt bona: nec die mor
tis mee prescio: ⁊ qn̄ mors veniet: vbi me ī
ueniet: ⁊ qualiter me occidet ignoro ⁊ ne

scio. Nec attēdo q̄nto diutius tu expectas me domine & iuder in presenti de penitentia: tanto districtius me in futuro iudicabis de negligentia. Nec aduerto q̄ quez deus in presenti flagellas diligis & in futuro saluabis. Et quem peccantem in presenti flagellādo non emendas in futuro dānabis.

¶ Ac etiam mihi de tanta facilitate peracta q̄ propter delectationes mundanas: p̄ pter voluptates carnales in pcm cecidi: te domine iesu cum tua vita eterna: cum tuis sanctis & angelis amisi & pdidi. Et ecōtra diabolum & mortem eternā rehabui & inueni. ¶ Heu qualis ē cōmutatio: heu qualis iniusta mercatio: heu q̄ dissimilis & fatua ꝓpatio dare deum p̄ diabolo: vitaz p̄ morte: eternū gaudium p̄ eterna tristitia & pena: celuz pro inferno: angelos & sanctos pulcerrimos & speciosos p̄ diabolis & spiritibus immundis & tortuosis.

¶ Qualiter fructus illusionis debet impetrari:

Ego te domine: vt ꝓfusio & infamatio tibi inflicta: mihi famaz laudabilem in proximo & acceptabilē

tibi in premio generet. Illusio & infamatio tua me prudentem reddat: & discretum in omnibus faciat: vt sciam cogitare loqui et operari quid omni tpe sit acceptum tibi & gratum: & mihi & proximo fructuosum hoc nobis ꝓcede iesu christe retributor bonorꝝ Qui viuis & regnas in secula seculorum Amen.

¶ Hora quartadecima de flagellatione & coronatione christi.

Deus in adiutorium meum intende. Domine ad adiuuandum me festina. Gloria patri &c. Sicut erat in principio &c:

¶ Fundamentum meditationis

Diuua me domine Jesu christe dolorose corde meditari: q̃ fuisti vestibus tuis spoliatus: nudus ad columnam ligatus: & virgis ac flagellis flagellatus: & corona spinea coronatus.

¶ De miserabili pertractione & denudatione domini Jhesu.

Ah domine Jesu christe q̃ ma-
a gnum honorē ⁊ reuerentiā regiaꝫ
in die palmarū tibi iudei fecerunt
quando cum palmis canticis ⁊ laudib⁹ ti-
bi obuiauerunt: vestimenta deposuerūt: at
q̃ ad terrā illa ꝓstrauerunt vt asinus tuus
mollius incederet ⁊ aspa via corpus tuuꝫ
non lederet ⁊ ꝓcuteret. Hꝫ heu mō idē iu-
dei ad tuā ꝓfusiōēꝫ ⁊ irreuerentiā vestimē
ta tua ꝓpria tibi deposuerunt: et per tuum
caput tibi tam atrocit̃ abstraxerūt: nudum
te corā oī populo cū magna ꝓfusione te fe
cerunt stare: ita q̃ pre nimia verecūdia pu
dibunda tua videri erubuisti: ⁊ ad terrā se
dendo te submisisti: genua tua pectori tuo
applicuisti: calces pedu⁹ tuoꝝ posteriori p
ti adiunxisti: manus tuas in inuicem cuꝫ di
gitis ꝓclusisti: ⁊ ante faciem tuam tenuisti:
Ach q̃ dolent̃ ⁊ miserabilit̃ dulcissime
domine ibi sedisti: ⁊ amarissime fleuisti: p̃
frigoribus tremuisti: Tortores ⁊ flagella-
tores v̄gas ⁊ flagella sua preparare vidi-
sti: de quo tantū abhorruisti sicut puer ab-
horret de magistro vel patre suo sibi maxi
me timet: quando in presentia sua virgam

videt preparari cum qua corpus suum debet disciplinari. ¶ Ach deus meus q̃ mirabile factum. O q̃ miserabile negocium audio de te creatore meo: Tu enim volucres celi varijs pennis: Animalia diuersis ornata pellibus. Flores multis coloribus: homines multiplicatis vestibus adornasti ⁊ vestisti: Et tu ab homĩe proprijs tuis vestibus spoliat⁹ fuisti. ¶ Ve mihi pessimo vermiculo qui vermis ⁊ cadauer putridũ ero in tumulo: habere vestes preciosas et multas sollicite studeo. ⁊ corpus meum a summo creatore sapientissime ornatum ⁊ fōrmatum: cuꝫ pellibus ⁊ crinibus animalium mortuorum meli⁹ formare volo: herbis lapidibusq̃ terre ⁊ artibus preornare cupio.

¶ De flagellatione Christi:

Ach sanctissime domine q̃ innocẽ
ter pilatus mandauit te flagellari:
z pro delictis accusatis emendari.
Ach q̃ inhũaniter ministri pilati virgis re
centibus z flagellis nodatis tuum corpus
sanctissimum z delicatissimum pcusserũt:
Ach quantũ in hoc complacere iudeis ac
cusatoribus studuerũt. Ach quotiens ip̃is
tortoribus fatigatis z pausantibus iterum
te pcuticndũ alij viliores accesserunt: Cu
tem tuam per totũ corpus tuũ vndiqz fre-
gerunt: venas vberibus aperuerũt: immo
tam fortit te pcusserunt q̃ multotiens vge
z flagella fregerunt: Et ptes virgarum z
nodi flagellorꝫ in carne tua fixa manebãt:
z sanguis de omnibus membris corporis
ad terrã deflucbat. ¶ Ach domie iesu quo
tiens tantis ictibus durissimis z doloros is
dorsum tuũ incurugando: scapulas z assel-
las ꝛtrahendo cedere ostendisti: Hz qr ad
colũnam ligatus fuisti: vitare non potuisti
¶ Ach domine quotiens pre magno dolo
re tam miserabiliter clamasti: nec tortores
tuos de pcto suo increpasti. O dulcissime
dñe q̃nta p. me passus es dura vba: durio

ra verbera: durissima vulnera. O deus pī
qualiter sustinuisti tantum opprobrium z
vituperium fieri filio tuo dilecto: in quo ti-
bi semper complacuisti: sicut in eius bapti
smo z transfiguratione dixisti. O pat mi-
sericordie si omnibus te misericordem oñ
dis. cur dilecto filio tuo ita crudelis esse vi
deris.. Nōne amplī fuit tibi dilectus. Nō
ne amplius fuit tuus filius. Quare non su
stinuisti angelorz choros: iuuare suum do
minum sic ab impijs hominibus lesum z
percussuz. ¶ Ve mihi misero peccatori q
perditionis z omnis passionis dei mei in-
nocentis causa existo. Quare sibi non con
dolco. Quare in fletum maximuz non erū
po: Quare in flagellis z tribulationib² ali
quando mihi aduenientibus: ita impatien
tem z reclamantem me inuenio. Nec attē
do q cum tribulatis te tanq amicum z so
cium esse dixisti. Nec aduerto q amicos
flagellari in presenti permittis: z inimicos
absqz flagellis in presenti vita dimittis. Et
